XXXVI. Operatio Naturæ ſublunaris juvatur ab operatione ſimili corporum cœleſtium (quia viſum ita fortior) turbatur à diſſimili vel contraria.

Ex hoc & antecedente problemate fluunt ea, quæ de Electionibus in Aſtrologia traduntur.

Partis ſpecialis

LIBER SECUNDUS.

De Elementis eorumq; mutatione, Generatione & mixtione.

Reſpondens apud Ariſtotelem libro 3. & 4. de Cœlo & utriq; de Generatione & corruptione.

CAPUT I

De Principiis in hac Doctrina locum habentibus.

DEFINITIONES.

§. I.

EOrum quæ Naturâ eſſe dicuntur alia ſubſtantiæ ſunt, alia eorum operationes vel affectiones